



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis  
Expositio**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Metus gravis quid operetur in Excommunicatione? Cap. II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

¶ 41. nos retulimus paulo ante nostrum numerū 20.)  
¶ 42. dixit. Habeatur pro Excommunicato, esse abso-  
luit Excommunicatō latam; cum idem pro-  
fuerit, vel valde equipollens cum hac formula.  
Habeo te pro excommunicato. Non igitur ipse  
affectionis, nampōt, utramque formulam semper  
ex se significare Excommunicationem latam. Ex-  
se, dico, nam, si addatur aliqua monitione ante  
facienda, vel quid simile requirens Iudicis mini-  
sterium, tunc non est mirum, quod significet fe-  
rendam, quia id Regula generalis dicta n. 7. satis  
persuadet.

42. Per sequentes formulas, Qui hoc fecerit, Excommunicationi subjacebit, subdetur, subjicietur, in Excommunicationem incurrit, incidet, latam Excommunicationem signifi-  
cari, videtur docere Comitolum, a Ego animad-  
verto, ipsum confundere illud subjaceat, sub-  
detur, subjiciatur Excommunicationi (que  
certe sunt signalata sententiae,) ut vidimus nu-  
mero 18. cum subjacebit, subdetur, subjicie-  
tur, &c. que cum respiquant futurum tempus,  
videntur esse signa Excommunicationis ferenda,

43. Has particulias Subito, statim, confessim,  
continuo, in continentia, e vestigio, repente,  
sine mora, incurvantur, indilatē, immedia-  
te, mox; (quibus addit Bonacina, b penitus,  
omnino;) cum omne temporis intervallum ex-  
cludant, latam sententiam significare, ait idem  
Bonacina ibidem.

44. Sed certe id nimis confusè pronuntiaris.  
Distinctius ergo Comitolum c ex Tiraquelle d  
distinguendum esse monet: quando enim apparet,  
sententiam, vel legem Excommunicationis per  
illius particulias praetendere velle cunctationem pa-  
ne, nec relinquare locum novae sententiae, seu mi-  
nisterio iudicis, est lata, ut, si dicat, Statim,  
confessim, &c. noverit se incursum, seu  
subditum Excommunicationem, qua certe  
formula, si carcer illis particularis, efficit Excom-  
municationi ferenda ut vidimus nu. 34. Quan-  
do autem ita resit tarditatem, ut tamen relin-  
quit, seu offendat novum hominis ministerium,  
est ferenda. Ut si dicat, statim, confessim,  
et Excommunicandus, noverit se statim  
Excommunicandum. Nam propterea illam  
formulam, Percipio subpoena Excommuni-  
cationis statim incurriendae, diximus nu. 16.  
denotare Excommunicationem latam: quia,  
prænam Excommunicationis statim esse incur-  
rendam, est de præsenti in illam incidere, nec  
opus est ullo Judicis ministerio.

45. Removeatur, abiciatur, expellatur, pri-  
vetur omni Communicatione Fidelium, Non  
paucia latam Excommunicationem putant, At,  
Removeatis, expellatis, privetis cum omni  
Communicatione, esse ferendam. Ratio est (in-  
quiunt) quia hic requiritur ministerium ejus,  
qui removeat, ibi non item

46. Sed mihi videtur, etiamibi (nisi aliud es  
circumstantiis clare colligatur) requiri ministe-  
rium ejus, à quo quis removeatur, juxta dicta  
num. 33. Immo Felinus b habet, etiam si dicat Su-  
perior, statim, confessim removeatur, requiri  
b Felin. al-  
ministerium Iudicis, aique adeo esse Excom-  
municationem ferendam; siquidem illæ partic-  
culæ solum hīc accidunt, & accelerant execu-  
tionem, non faciunt. Atque ad sic sentiendam  
propendet tandem Tiraquellus, e si attente le-  
gatur, idemque confirmant ea, quæ dixi num-  
ero 33. cit.

a apud Tiraquell. l.c.

b Felin. al-  
latus à Ti-  
raqu. l. c.  
n. 175.

c Tiraqu. l.  
c. prefer-  
tim a nn.  
171.

## C A P U T I I.

Metus gravis quid operetur in Ex-  
communicatione?

§. I.

An excusat ab ejus incursum?

**O**MNINO hīc recolendum est. Quid  
sit metus gravis eadens in constan-  
tem virum. Quid incusus vel non in-  
cusus ad extorquendam actionem  
aliquam, Quid justus, & injustus, & similia,  
quæ latè Sanchez, & ego collegi breviter  
alibi, e

d Sanc. lib.  
4. matr. à  
d. 1.

2. Quibus in memoriam revocatis, dico  
metum gravem, quo se licet timerit grave  
damnum sive in vita, sive in fama, sive in  
rebus, qui, modo ibidem dicto, excusat ho-  
minem a peccato mortali, ob transgressionem  
præcepti Ecclesiastici, quod non obligat  
cum tanti mali periculo. Dico, inquam, ex-  
cusare fieri ab excommunicatione, quæ  
ex dispositione Ecclesie ejusmodi transgres-  
sioni adnexa est. Dixi (grave damnum)  
nam leve, nec à præcepto excusat, nec à  
Censuris. g Quare, si quis fugiens à satelli-  
tibus, à quibus timeret mortem, vel mala gra-  
via ingrediatur in Monasterium, v. g. Mo-  
nialium, non incurrit in Excommuni-  
cationem: & pari modo, si ad esset Excommu-  
nicatio, ne quis v. g. Clericus arma portet, d. 9. à q. 25.

e Lib. 1. in  
Decal. c. 2.  
§. 2.

f Bonacim.  
d Cens. d.  
1. q. 2. p. 3.  
g com-  
muniter  
cum DD.  
ab eodem  
tit. g. cum  
DD. cua-  
ris à Lean-  
dr. de Cens.

A 3.

fi. 18.

6 LIBER X. DE CENSURIS ET IRREGUL. TRACT. I. DE EXCOMMUN.

*g. G. Hurt.  
ap. Leand.  
tr. i. de Cef.  
d. 10. q. 29.*

Si is ob timorem gravem, ne à suo inimico grave damnum patiatur, illa deferat, excusatibus à peccato inobedientiae; & consequenter ab Excommunicatione, cum hac non actioni ferendi arma, sed actioni peccaminosa illa ferendi sit coniuncta. Quare sicut pia Mater Ecclesia tunc illum excusat ab obliterantia precepti; ita & ab incursum in poenam. Excipe semper ex regulis generalibus contemptum, scandalum, majus aliquid bonum.

3. Quod diximus de Excommunicatione, die etiam de aliis Censuris, idque propter eandem rationem, ut signatè cum multis docet Leander. *a*

*a Leand.  
tr. i. de Cef.  
d. 9. q. 25.*

4 Inquires. Si Excommunicatio fulminata sit contra committentes delictum jure naturali prohibitum: v. g. contra delictum homidicii: unde contra hoc delictum concurrant, & præceptum juris naturæ, & præceptum Ecclesiæ, quæ illud prohibeant sub dicta poena Excommunicationis, ego vero homicidium committam ob merum cadentem in constantem virum, præter peccatum, incurramne etiam Excommunicacionem?

*b Sane, di-  
cens esse o-  
fuslinent. Ratio eorum præcipua est, quia,  
pinionem quando actio aliunde jure naturæ prohibita est, si ei addatur Excommunicatio.*

*9. matr. d. ab Ecclesia, non magis aggravantur Fidei-  
31. num. 6. les ex ejusmodi addita poena; quam aggra-  
Castrop. de vabantur antea: jam enim ex præcepto Cens. d. 1. p. naturali ab illa actiope se abstiner debent,*

*8 n. 11. Gaf.*

*par Hur. de*

*Cens. diff.*

*23. n. 100.*

*c C Saeris,*

*de iis, que*

*ri.*

*sufflent. Ratio eorum præcipua est, quia, pinionem quando actio aliunde jure naturæ prohibita est, si ei addatur Excommunicatio. 31. num. 6. les ex ejusmodi addita poena; quam aggra- Castrop. de vabantur antea: jam enim ex præcepto naturali ab illa actiope se abstiner debent, 8 n. 11. Gaf. idque sub quounque periculo cuiuscun- par Hur. de que damni. Si igitur addita intelligitur nova poena Excommunicationis, non est, unde incurri non debeat. Consumatur, quia sic videtur Innocentius III. & defini- viisse.*

*d Avilap*

*2. c. 6. c. 8. d.*

*5. Coninck.*

*d. 13. de Cef.*

*linee. tr. II.*

*n. 269. alii-*

*tunc non pareat Deo, non ramen inobe-*

*que.*

*tus non tollat vim præcepti naturalis, tollit ta-*

*men vim præcepti Ecclesiastici, quia Ec-*

*clesia absoluere, & universaliter non inten-*

*dub. 12 Fil.*

*dit, gravi periculo imminente, suis legibus*

*Fideles, astringere. Unde Fidelis, quamvis*

*ullo modo dicendus est.*

Nec aliter definitivit Innocentius. Is enim solum dixit, non semper metum excusare ab incursione in Cenluram, quod certe verum est: quia, ut notat Galpar & Hurtad. a G. Hurt. metus levis, & metus gravis incensus in de Cenl. contemptum Ecclesiæ, non excusat: Vide diff. 8. b Suar.

7. Quod diximus de Censuris, dici- b Suar. d. 6  
mus, propter eandem rationem, de Irre- de Cef. sc. gularitate ex delicto. Quare occidens in- 3. Add. Leon. TL  
juste aliquem ob similem timorem ab ali- de Cenl. d.  
quo ipsi incussum, ob timorem, inquam, de Cenl. d.  
mortis, vel damni gravis, Irregularis non 10. q. 27.  
erit, ut signate docet Leander; & enivero, Cleand. d.  
si occidat ex metu levis mali, ut ex eius. 1. delrig.  
demi Leandri, & communis doctrina coll. d. 9. q. 8.  
gitur. d. Leand. I.

8. Consonat prædictis Delugo & sic do. 1. de Cef.  
cens. Etiam si (aut) contra Reum sit plenè d. 10. q. 21.  
probatum delictum, adhuc non tenetur compa- e Delugo.  
rere citatus à Judge, quia non tenetur obe- 40. de Cef.  
dire cum tanto periculo. Item potest fugere lici- n. 15.  
tè à carcere, etiam præcipiente Judge, ne fugiat; 3.  
quia ius naturale, ut fugiat mortem, illiscitam reddit fugam Hæc Delugo.

Illud (in tanto periculo) explicuerat idem Delugo ibidem num. 14. his verbis. Primo, si timatur sententia mortis. Secundo, si dannatus esset Reus ad Tirementes. Terzio, si confiscanda essent omnia bona. Quartò, si periclitaretur omnino in honore, & in aliis casibus simili- bus.

Dixi autem (similibus) nam, non ita erit in dissimilibus, si nimis non timeatur damnum adeo grave, nam proprieitate ibidem num. 16 subiuxit. Addiditamen, Reum obligarietiam sub peccato, quando damnum, quod timet, non esset tantum momenti, quia leges humanæ possunt obligare regulariter ad aliquod damnum subveniendum.

Hæc ex Delugo, cui ea est admonitio sub- nestenda, ut scilicet evulgetur, ad evitan- dum scandalum, rationabilis timor gravis damni. Nam, situa excusatio nesciatur; de- bes te gerere, ut Excommunicatum, & Ex- communicationis Absolutionem obtine-

re, ne videaris auctoritatem  
Ecclesiæ-contem-  
nere.

f. II.

## §. II.

*An metus gravis damni causet ab observandis  
iis, qua alias deberet Excommunicati-  
catus observare.*

1. **H**IC sane opportunum sortitur locum dubitatio illa. An sicut metus gravis excusat ab incuria Excommunicationis: ita etiam observantia illius? Claritas gratia figuremus casum.

2. Tertiis Sacerdos incidit in Excommunicationem latæ sententiae; quare, si is Sacrum celebret, etiam si per actum contritionis statum gratiae acquisiverit, incurrit in Irregularitatem, ut certum est, & suo loco dicimus. *a* Porro accidit, ut quidam Principes compulerit illum, metu gravi ad celebrandum; (atque, ut suppono, propter dicta paragraphi, præced. non in contemptum Ecclesiæ) ipse autem ejusmodi coactus metu celebraverit, contraxitne Irregularitatem?

3. Figuremus, & casum alium. Cujus excommunicatus vitandus cogitur per metum gravem, & non in contemptum Ecclesiæ, ut audiat sacrum, utque communicet in Dinnis, Humanisque; atque illa agat, quæ ab Ecclesia prohibentur Excommunicato, peccatne, & poenas contentas in ea prohibitione contrahit?

4. Figuremus, & Tertio sic. Sejus Sacerdos, & Confessaries percussit publice Clericum, suadente Diabolo; unde certò incurrit in Excommunicationem, & est vitandus, suspensa, vel amissa iurisdictione necessaria ad absolvendum; ipse tamen compulsus metu gravi incurruo nescio quo, penitentem absolvit? & querit in præsentia, an licite, & valde illum tunc absolverit, quando non observavit id, quod excommunicatus observare debebat, ne se ille et impedita, vel amissa jurisdictione interetur.

5. Respondeo, in duobus casibus primis Tuum, & Cajum excommunicatos, etiam vitandos; *b* excusatos fuisse, priorem quidem, ab incurrienda irregularitate, posteriorē vero ab incurrendis us poenis, ut etiam à peccato, quantum est ex vi excommunicationis, qua erat affectus, ita plures apud Leandrum. Ratio est ducenda ex dictis, quia

existente gravis mali periculo, Ecclesiæ præcepta (ipsa eadem sic volente) non uigent.

6. In tertio autem casu aliqui cum Hurtado *a* existimant, illam Absolutionem, non solum fuisse invalidam, sed etiam fuisse illicitam, ex duplice capite. Primo, quia Sacerdos non observavit id, quod de jure naturæ est, ut nemo utatur iurisdictione, qua caret. Secundo, quia non observavit Ecclesiæ præceptum prohibentis, ne quis excommunicatus vitandus iurisdictionem exerceat. Sed nos sequimur alios cum Alphōnso *b* de Leone probabilis docentes, ejusmodi Absolutionem, fuisse quidem invalidam, & illicitam, sed illicitam solum ex priore, non autem ex posteriore capite præcepti Ecclesiæ; quia hoc non obligat in illo metu, ut dictum est.

*a* Gaff.  
*Hour de  
Cens. diff.  
23, n. 101.*

*b* Alph. de  
Leone de  
Confess. 2, n. 435.

*An metus infamiae excusat ab Observatione  
Censurarum.*

7. Quæres. Doctrina hactenus allata potestne extendi ad calum, in quo quis timet incurrire notabilem infamiam, seu notam, excommunicationem observando? Si Parochus v. g. sit occulte Excommunicatus (idem dic, si sit suspensus, Irregularis Interdictus.) Et, nisi celebret, timeat, ob abstinentiaro à celebrando, infamari se notabiliter, suumve peccatum manifestari; potestne celebrare sine peccato contra obedientiam debitam Ecclesiæ prohibentis Excommunicato, ne sacram sub poena Irregularitatis celebret, & sine incuria in dictam Irregularitatem?

8. Respondeo, Hunc, ne peccet contra reverentiam debitam Sacrificio, & Sumptioni Eucharistiae, debere esse in statu gratiae, saltem per contritionem, si ipsi deuit copia Confessarii, jam omnes scimus: sed quoad poenas ab Ecclesia impositas. Dico, illam doctrinam, etiam ad casum hunc extendi, unde dictum Parochum non peccare contra Obedientiam Ecclesiæ, neque Irregularitatem incurre, id que in utroque loto. Ratio est, quia periculum notabilis infamia, seu iactura honestæ est periculum gravis mali, ut merito döcent plurimi cum Suario, & aliisque, quibus addit. Sà dicit docentem, Excommunicatus occultus potest, ad vitandum scandolum,

*c* Suar. d. 6.  
*de Cens. sec.  
3, n. 13. G.*

8 LIBER X. DE CENSURIS ET IRREGUL. TRACT. I. DE EXCOMMUN.

d.11. sec. 1.  
n.4. Io. Sæ  
chez in tel.  
d.32. n.2.  
Pasq. cœt. 3.  
q.28. mul-  
tos citans.  
Verf. tr. 8.  
q. mo. 28. n.  
6. Aul. p. 2  
c. 6. d. 8. d. 5  
Lessan. V.  
irregul. n.  
ss. & V.  
Excommu.  
n.7. Baum  
in casib⁹  
singul. f.  
michi 279.  
b. Sæ. V. Ex-  
commun.  
n.7.

lum, vel gravem iacturam, Missam audire, & celebrae, nec fiet Irregularis. Hæc Sab. Verum addenda omnino sunt duo necessaria documenta.

9. Nam Primo, præter statum gratiæ, cuius jam memini nu. octavo debet interim, adhibere omnem diligentiam moralem, qua procuret Absolutionem, vel Dispensationem.

10. Secundò Intelligat ejusmodi Censuratus tot actions prohibitas licere ipsi tunc exercere, tot v. g. Missas celebrare, quot sati sunt, prudentis arbitrio, ad vitandam infamiam: ita intelligat, etiam ipsi incumbere curam inveniendi modum diminuendi, quantum, sine gravi incommmodo potest, actions prædictas, præxendo v.g. moribus, peregrinations, occupationes urgentes, &c. vel transmigrando, si potest, in locum alium, &c. Ratio est manifesta; quia solum eam licentiam ipse habet, quando urgetur periculo gravi: At gravi periculo non urgetur, qui ejusmodi temerari, sine gravi suo incommmodo potest uti.

CAPUT III.

Explicantur aliqua de Excommunicatis vitandis.

**C**um multa dicant Doctores de Excommunicato Vitando, id est, nominatum denuntiato, deque Publico percussore Clerici, hic aliqua pauca breviter explicanda sunt de hac materia. Sunt autem tria.

Primum, Quid requiratur ad prædictam Denuntiationem constituendam?

Secundum, An denuntiatus nominatum in uno loco sit alibi vitandus?

Tertium, Quidnam præstabit certitudinem moralem, te ille Excommunicatum, vel denuntiatum, vel absolvitum, ut scilicet quis tibi debeat, vel non debeat communicationem denegare?

§. I.

Quid requiratur ad prædictam Denuntiationem legi imè expediendam?

1. **V**T sit quis Excommunicatus, ac nominatum denuntiatus, non est satis sen-

tentia Judicis, per quam aliquis Excommunicatur, nec sufficit ejusmodi Judicis sententia, per quam declaratur quis commississe delictum cui est annexa Excommunicatione, sed debet insuper à Judice fieri denuntiatio, seu declaratio, seu publicatio, quod is, de quo agitur, incurrerit jam de facto in Excommunicationem. Quæ publicatio sit, tum, ut ab omnibus scaturit, quis ille sit, qui vitandus erit, tum, ut ipse denuntiatus rubore suffundatur, & ad relapsentiam excitetur.

2. Quando igitur ad ejusmodi Denuntiationem est deveniendum, debet præcedere monitio partis, secus, regulatiter, erit inusta, & invalida, deinde debet à Judice per suum Notarium fieri de more scriptura continens nomen proprium, & cognomen Excommunicati, vel talia signa, ut de eo individuo omnibus constet, & contineat & causam, propter quam is sit Excommunicatus, ac denique ejusmodi scriptura affigenda erit in loco publico, ut solet communiter fieri; nam tunc talis certa, individuaque persona Excommunicata, erit nominatum denuntiata, atque ab omnibus vitanda. Prædictæ scriptuæ, quam Cedulones vocamus, non debere addi plenum, per quam appareat Excommunicatus in ter Dæmones, monet Pius Q. ntus. Et in b. Pius. J. sententia anathematis non debere adhibe. in sua bâri duodecim Sacerdotes, circun stantes Ju. la 30. a dicem, tenentes in manu ceteros accentos, Bullæ, quos in fine in terram projiciant, pedibusque conculcent, declaravit Sacra & Congrega- greg. apud. tio. Sacra. C. 10. 11. 12.

3. Dixi (regularis) quia in criminibus, Reu. 1. quæ ipso jure connexam habent Excommunicationem, & crimen sit notorium, non necessariò debere præcedere monitionem, seu citationem, docent non ignobiles à Doctores. d. Sust. h. Ego sum Auctor Judicibus, ut semper eam præmittant, tum ad tollendas lites, tum ad majo. f. 10. 11. rem securitatem validitatis sententiae. Auctor. h. 10. 11. 12.

4. Eosdem etiam admoneo, ut, si Reus ait. q. se Tribunali sistat, crimen fateatur, satisfaciōremque offerat, omnino illum non denuntient; tunc enim eum non potuerunt e. i. justè denuntiare, quia totum negotium Excommunicationis, ejusque denuntiationis est e. Sust. h. in medicinam contumacia Rei. Si ergo ipse Cœf. 1. illam deponit, injustè amplius vexaretur, si. f. 10. 11. cuti injustè excommunicetur de facto ille, cui intima est Excommunicatione ferenda, si. f. Ec-